



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetii, 1608**

3 Nunquid lex humana omnium uirtutu[m] actus præcipiat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

ri audacesque homines reipublicae inferuntur  
haud tamen arbitratur necessarium, cun-  
ctas subinde culpas, in quas debilitate hu-  
manum genus dilabuntur, carundem vigo-  
re vicitendas.

**Ad secundum** autem respondet ut homi-  
nes ad virtutem allicendos esse ac promo-  
uendos more suo, ut scilicet gradatim co-  
rum in imperfectione ad perfectionem ap-  
pulsa, promoueantur. Obidique non sunt  
legibus, quae omnibus debent esse commu-  
nes, illa instituenda egregia officia, quae so-  
lis integris viris, & virtute progressis possi-  
bilia sunt: sed illa potius quae etiam imper-  
fectiores ad hanc ferre que possunt, ut illis faci-  
lioribus imbuti, ad alia, quae ardua sunt, ya-  
leant sua sponte descendere: ac non citius  
vix veniat, sed dum nimia legum angustia  
sepiuntur, in deteriora profligantur. Nam (vt  
legitur Proverb. 30.) Qui nimis emuntur,  
elicit sanguinem. Et Matth. 9. Si vinum no-  
num, id est ardua, & calore ferventia man-  
data, mititur in vires veteres, id est, in ho-  
mines impurus, corruptilique affectibus la-  
ceros, vinum effunditur, hoc est, praecepta  
contemnuntur, & ex contemptu iniqui in  
peiora prorumpunt.

**Ad tertium.** respondet ut quod esti lex  
humana à naturali deriveretur, non tamen  
illam ad vnguem adquare debet: neque  
ideo (vt loco citato ait August.) quod non  
omnia veteri, quae veteri, & iuber, impio-  
banda sunt.

## ARTICVLVS III.

Vtrum lex humana omnium virtutum  
actus praecipiat.

**V**Te circa malorum prohibitionem sic  
& circa virtutum piaceptionem vi-  
dendum est, quam latè lex humana se ex-  
tendat, utrum scilicet omnium virtutum  
actus debeat praeciperet. Et arguitur à par-  
te negativa. Virtutum officia, virtutumq[ue]  
opera contraria sunt, lex humana non omnia  
prohibet nisi: ergo nec omnes praeci-  
pit studiosas actiones. Secundò, virtutis o-  
pus à virtute procedit. Virtus autem finis  
est legis, nam, vt diximus, finis legislatoris  
est, bonos studiososque facere ciues: prece-  
pta vero legis, non finis, sed media sunt ad  
consequendum finem: virtutum opera no-  
cadunt sub precepto legis. In contrarium

autem est auctoritas philosophi s. Ethic. c.  
1. vbi ait: Leges ad communem omnium  
utilitatem de omnibus dictere. Quare pra-  
cipit, inquit, lex & ea agere que ad virum  
pertinent fortrem, & item ea, que sunt tem-  
perantiae, & etiam ea, quae sunt mansuetus,  
& in ceteris identidem virtutibus atque vi-  
tuis alia iubens, atque alia vetans.

Ad praesentem questionem perinde at-  
que ad praecedentem, duabus conclusioni-  
bus respondetur. Prior est: Nulla est virtu-  
tis species, de cuius actibus non aliquos praec-  
cipiat lex humana. Conclusio est, non solum  
Aristot. loco citato, verum & Platonis Aristot.  
Dialog. 1. de legibus, vbi ait, eos qui de di.  
Plato, uina Republica differunt, non ad particu-  
lam virtutis, & præsertim ad delectiorem,  
sed ad vniuersam virtutem resipexisse put-  
tandum, & per singulas earum species le-  
ges quælibet. Ratio autem quam nos natu-  
ra docet, quamque sanctus Tho. dilucidat  
hæc est: Virtutis species ratione obiectio-  
rum distinguuntur: nullum autem est vir-  
tutis obiectum, quod non ad bonum referri  
possit commune, quin vero sepiissime idem  
etiam ad priuatum, vt ea quae fortitudinis  
sunt, & ad protectionem, seu propria perso-  
ne, seu amici accommodari contингit, & rur-  
sus ad rutelam Reipublicæ. Et quae sunt te-  
perantiae, ad bonam priuati hominis vale-  
tudinem, & rufus, ut habilius ciuius ad con-  
templationem fiat eorum quae bono publi-  
co conducunt. Et simile est in eccl. eius. Cum  
igitur lex omnia humana (vt dictum est)  
ob communem mortalium virtilatem co-  
stingatur, cōsequens sit, vt nulli sit virtutis  
species, de cuius actionibus lex humana no-  
iubeat. Quod si des forte priuatam aliquam,  
infra tibi respondebitur. Posterior conclu-  
sionis est: Leges humanae non de singulis actibus

Rō' con-

clusion.

Secunda  
conclu.Expla-  
nat' coa-  
clusio.

singularem virtutum præcipiant. Itaque  
præcipiunt, de singularum virtutum alti-  
quis actibus: non tamen de singulis  
omnium. Vt si verbi gratia dixerimus, in  
materia fortitudinis præcipit lex huma-  
na, Rēpublicā defendere etiam cum inor-  
tis periculo: non autem sic defendere ami-  
cum: fed hoc relinquit nature. In materia  
temperantiae præcipit. Ecclesia certis die-  
bus ieiunia, non autem in reliquo tempo-  
ris anno moderatè comedere, quod facit  
lex nature. In materia religiosis iubet cer-  
tos dies diuinis dedicare, ac sacris interef-  
fessionib[us] autem ad alias cogit orationes libe-

§25.

**gas.** In materia iustitiae & liberalitatis precepit in g. i. auia necessitate & parentib. alere filios & suum statum & nonnunquam filijs vice versa parentes. Extra illos autem casus reliqua ad legem naturae & diuinam remittit de honore parentibus deferendo. In summa, lex humana ea duntaxat praecepit officia, quae ad bonum commune referuntur, uel per se, & proxime, ut ad publicum bellum arma indui, uel mediate (ut aiū) ut illa qua ad bonam attinet disciplinam, per quam ciues ad bonum iustitia & pacis instituuntur. Queris ergo, quid si aliqua estet virtus species que nullatenus ad bonum publicum referriri posset? Respondetur nullam est se profrus, cuius non saltem aliquis actus ad idem bonum quandoq. referriri valeat. Neque vero generalis haec conclusio morales tantum virtutes amplexatur, verum & intellectuales. Legibus namque humanis, & artes iubentur in republica & scientiarum contemplatione. At vero si ita res habet, ut et virtutes intellectuales conclusio comprehendat, emergit statim argumentum quod non sit in vniuersum uera. Nam obiectum supremae uirtutis intellectualis, in qua summa possita est nostra felicitas, cum Deus ipse sit per essentiam, in nullum aliud commune bonum est referibile. Respondetur autem quod esti per se Deus in nullum alium referatur finem, eo quod ipse sit uniuersalis omnium, idemque sumus, amen quatenus facili visione a nobis attingitur. & postidetur, refertur quidem, tum in nostram felicitatem ac beatitudinem, tum etiam in suam ipsius gloriam que per eandem visionem fit in beatis illustrior.

**Arg.****Ratio.****Ad pri-****mum ar-****guumen.****Ad secū****dū arg.**

Ad primum igitur argumentum respondetur, quod sicut lex humana non prohibet singulos uitiosos actus ita uero praecepit studiosos uniuersitos. Sed est tamen differentia quod quantum ad virtutes nulla est species cuius non aliquem praecipiat auctum, tamen quantum ad uita, nihil uetus aliquam esse speciem cuius nullum auctum prohibeat. Et propter ea precedenti articulo responsum est ad vniuersitatem in negariu presenti uero affirmatur. Nullum non prohibet aut iocorum aut officiosum mendacium, neque ullam simplicem fornicationem, nisi circumstantiam habeat speciem variantem in genere mortis, ut adulterium, in coestum, &c.

Ad secundum respondeatur, quod auctus. Bi- fariam dicitur uirtus, uno modo quantu-

ad substantiam, quia scilicet sit secundum rationis normam, siue ex habitu procedat siue ab eo fiat qui non est habitu praeditus. Alio vero modo quia ex habitu proficiuntur, atque adeo prompte & delectabiliter fit, lex ergo nihil de habitibus praecepit, sed de auctib. qui media sunt ad comparandum habitum. Præcepit in qua pro republica pugnare, nihil curans exhibiti id fiat agere, autem ex habitu, non est preceptum legis, sed finis, nam iubendo nobis operari intendit legifer habitus in nobis ingenerare, qui bus studiosi efficiantur.

## ARTICULUS IV.

*Vtrum lex humana imponat subditis necessitatem in foro conscientia.*

**P**ostquam visum est de potestate legis humanae quantum ad extencionem videlicet restat quantum ad eius vim, an usque ad conscientias attingat, quas ligare possit. Est enim statim in propatulo argumentum à parte negative. Potestas inferioris non attingit usque ad superioris forum, ut in eius iudicio obligare possit, potestas leges ferendi humana est inferior diuina; ergo non potest conscientias ligare quantum ad diuinum forum. Secundo aigitur, quod inde sequeretur & patres familias suis liberi possent idem leges faciscere, quae conscientias obligarent in foro Dei. Nam si, cur praeceptum est obedire superioribus, ita & honorare parentes ubi & obedientia comprehenduntur, consequens autem videatur esse contra id quod supra dictum est, nempe circa uim coercitionem, quae in parentes familias non existit, leges non posse condicari. Tertio iudicium conscientiae ex diuinis pender mandatis, quae indicia sunt & documenta diuina voluntatis, contingit autem leges humanas cum diuinis pugnare, secundum illud Matth. 15. Irritum fecisset mādatum Dei, propter traditiones vestras, ergo non omnis lex humana obligat in foro conscientiae. Quin vero quartio arguitur: Sententia iudicis (ut supra diximus) est Argu. 43 quædam legis applicatio, cuiusmodi autem sententia non tempore obligat, etiam si in foro exteriori iusta sit, ut puta dum index secundum allegata & probata contra veritatem innocentem condemnat. Immo

**Argu. 1.****Argu. 2.****Argu. 3.****Argu. 4.**